

# D. FRANCISCI DE ALFARO,

FISCALIS QUONDAM PROCURATORIS  
in Cancellaria Argentina Regnorum Pirù , nunc  
autem , post alia munera obita , Senatoris  
in Rei Dominicæ Consilio ,

## TRACTATUS DE OFFICIO FISCALIS, *deque Fiscalibus Privilegiis.*

AB EODEM AUCTORE EMENDATUS, ET AUCTUS.

AD PHILIPPUM TERTIUM,  
Hispaniarum, & Novi-Orbis Regem Catholicum,  
Invictissimum , & Potentissimum.



MATRITI: ANNO M.DCC.LXXX.

Ex Typographia Regia , vulgo de la GAZETA.

*Sumptibus Regiae Societatis.*

PHILIPPO  
HUJUS NOMINIS  
TERTIO,  
HISPANIARUM, ET NOVI-ORBIS  
REGI CATHOLICO,  
INVICTISSIMO, POTENTISSIMOQUE.



Um primūm ( Rex invictissime ) Re-  
gia tua erga me munificentia & libe-  
ralitate in has remotissimas tui No-  
vi-Orbis plagas , Hispali patria mi-  
hi dulcissima charissimaque profec-  
tus , navigationem institui , Fisci Pa-  
tronī titulo decoratus , quæ mei muneris partes  
essent , diligenter callere curavi , ut à recto trami-  
te ne latum quidem unguem devians , tantæ  
provinciæ meis humeris impositæ satisfacerem.  
Cùmque id ex Regii tituli ( ut vocant ) inspectione  
& enucleatione , ex animi sententia evenire posse  
perpenderem ( nam & Jurisprudentia docet , dili-  
genter mandati fines esse attendendos ) in illius ob-  
servatione totis ( ut ajunt ) viribus insudavi , glosse-  
matis , & scholiis illustrans , & multa obiter de Fis-  
co & Fiscalibus privilegiis , & Jurisconsultorum  
responsis excerpta pertractans . Quæ cùm in publi-  
cam studiosorum utilitatem typis mandare in ani-  
mum induxissem , Tibi ( Rex potentissime ) tan-



# D FRANCISCI DE ALFARO,

REGII OLIM IN ARGENTINA CANCELLARIA  
Regnorum Piru Fiscalis Procuratoris; nunc  
verò in Supremo Rei Dominicæ  
Consilio Auditoris.

## DE OFFICIO FISCALIS, DE QUE FISCALIBUS PRIVILEGIIS TRACTATUS.

### INITIUM.

- 1 *Quo tempore Auditor incepit Fiscalis officium exercere?*
- 2 *Quid semper curaverit in exercitio officii.*
- 3 *Fidelitas & prudentia requiruntur ad bene ministrandum.*
- 4 *Mandata inquirenda sunt, & diligenter servanda.*
- 5 *Qualiter ad hoc opus edendum fuerit impulsus & operis digestio; item & Tituli series, quæ in his glossis explicatur, ut inde rei Fiscalis materie tractatus deducatur, & num. 6. 7. & 8.*

**I** MULATQUE anno Domini millesimo quingeniesimo nonagesimo-quarto, à claræ, & inclytæ memoriarum digno nostro Maximo PHILIPPO II. Hispaniarum & Indianum Rege poten-

tissimo, ad Procuratoris Fiscalis officium fui assumptus; illudque in Regia Cancellaria utbis de Panama exercere coepi; id mihi semper curæ fuit, ut quo melius possem, mihi demandatum ministerium adimplere. Nec inumerito, ad id enim me & naturalis impulsus, & magnitudo beneficij, quam effissimè in me, & quasi a me tempus collati, trahebant. Cum autem ad recte servitium impendendum fidelitas & prudentia à sacro textu simul requirantur, Matthæi 24. in fin. & prosequitur Ioannes à Canibus de executoribus ultimarum voluntat. part. 2. in princ. alteri à majoribus partæ alteram propriis laboribus acquirere, & adjungere statui. Cum igitur ad id obtainendum pro regula à Catholicis Regibus statuarunt mandati inspectio, cap. 1. Ptætorum, mandati, id est, tituli ad officium (hoc enim verbo aliquando utar) & rerum in eo contentarum executio: mandata